Quelle: http://manuscripta.at/?ID=900
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



biles fugerunt. Socrates.

Eo tempore etiam grando uehemens constantinopolim et circa eius suburbana descendit. Quod actum est eodem consulatu honorum vi. et anastene. die tertia mensis septembris mensis. Quod dicebant dii miracula gestum. eo quod sine iudicio iohannes fuerat condemnatus. Qui uerbis crementum dedit mors augustae continuo subsecuta. Quarta nanque die post grandinem est defuncta.

Tunc enim et quirinus Sozom. calcedonensis episc. qui iohm cerebro laceraunt. secto pede defunctus est. Socrates.

Illi tamen dicebant iohem hoc uiste ppessum. eo quod multa ecclas nouatianorum quadecima nor. et alior tulisset hereticor.

Eo siquidem tempore Sozom. xxi.

quidam lector eutropi est detentus. qsi et ipse in eclam misisset ignem. Qui dum multa fuisset ppessus tormenta. reductus in carcerem post paululum est defunctus. Quod ait de eo augustus existimo esse memorandum. Iudam uidit in somnis astitisse altari uirum. pulchritudine et magnitudine decoratum. qsi in honore stephani consistentem. et qsi cogitantem. eo qd boni uiri usqm inuenirentur atq; tota se circuire ciuitatem. et in eutropium nullum penitus inuenisse. Cumq; is qui uiderat euigilasset. somnum retulit fidelibus uiris. Deinde requirens eos qui a pfecto oprehensi fuerant. et uerberibus macerati. inuenit eutropium eiq; retulit uisionem. At ille flens orationem sibi dari ab eo qui uiderat implorauit. Cumq; diuersos pfectus affligeret ut personas incendii reperiret. etiam mulieres quasdam tenens suadebat. ut epi omunionem amplecterentur arsatii. Et multae quidem declinauerunt. olimpias aut unustum credens nequitiae satis facere. dixit. Adice in calumpniatores. et uiolentias maiores impone. nori in u fase omunicare. aut ea facere que pius ni licet ppetrare. Quam diu nequiuisset declinare pfectus ut comunicaret arsatio. tunc dimissam et post paucum tempus tentam. multo nudauit aujo. hoc in credens ei frangi constantiam. Eo tpre tigris prbr uiste nudatus et dorso cesus. ita tentus est. ut pedum ac manuum ei articuli soluerentur.

Arsatius Socrates. xxii.

Itaq; cum paucum uixisset tempus defunctus est. consulatu sequenti siliconis. ii. et antemii. xi. die nouembris mensis. Quo morente. de epatu constantinopolitano magna cepit esse contentio. Et ipta cum uacasset mensibus sequenti consulatu archadii vi. et pbi. atticus ordinatur episc gne armenus habitu monachico auuentitie sua natali sapia decoratus. Sozom. xxiii.

Interea cum syricus. v. annis romanor rexisset epatum. anastasius ei successit. Post quem innocentius